

humanam, ex quibus et in quibus etiam post admirabilem atque inseparabilem vnitionem subsistit. Et vnamquamque eius naturam proprietatem naturalem habere confitemur et habere diuinam omnia, quae diuina sunt et humanam omnia, quae humana sunt absque vlllo peccato. Et vtrasque vnus eiusdemque Dei Verbi incarnati, id est humanati inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus. Sola intelligentia, quae vnita sunt discernentes propter confusionis duntaxat errorem. Aequaliter enim et diuisionis et commixtionis detestamur blasphemiam. Cum duas autem naturas duasque naturales voluntates et duas naturales operationes confitemur in vno domino nostro Iesu Christo, non contrarias eas nec aduersas ad alter utrum dicimus sicut a via veritatis errantes, apostolicam traditionem accusant, absit haec impietas a fidelium cordibus nec tanquam separatas in duabus personis vel subsistentijs, sed duas dicimus vnum eundemque dominum nostrum Iesum Christum sicut naturas ita et naturales in se uoluntates et operationes habere, diuinam scilicet et humanam. Diuinam quidem voluntatem et operationem habere ex aeterno cum coessentiali Patre communem, humanam temporaliter ex nobis cum nostra natura susceptam. Haec est apostolica atque euangelica traditio, haec est mera confessio pietatis, haec est christianae religionis vera atque immaculata professio, quam non humana adinuenit versutia, sed Spiritus sanctus per apostolorum principes docuit. Haec est firma et irreprehensibilis sanctorum apostolorum doctrina, cuius sinceræ pietatis integritas, quoadusque libere praedicatur in republica christiana imperium stabilietur et exultabit²³² etc.

^b„Hierauff stehet der Euangelische vnd Apostolische Glaube vnd dis ist die rechtschaffene lere, das wenn wir bekennen, das die heilige vnd vnzertrente Dreyfaltigkeit, welche ist der Vater, Son vnd heiliger Geist, einerley Gottheit vnd einerley Natur vnd wesens sey, wir zugleich lernen, das sie einerley Natürlichen willen, krafft, wirckung, Herrschafft, Maiestet, gewalt vnd herrlichkeit habe. Denn was man von der einigen Göttlichen Dreyfaltigkeit nach dem wesen redet, das mus man von allen dreien Personen gleicher weise verstehen. Wenn wir aber von der andern Person der heiligen Dreyfaltigkeit, dem Son Gottes, welcher ist Gott das Wort vnd von dem geheimnis seiner Wunderbaren Menschwerdung vnser bekendnis thun, sagen wir klerlich nach der Euangelischen Lere, das alles in dem einigen vnserm Herrn vnd Heiland Jhesu Christo vnterschiedlich vnd nicht einerley sey. Denn wir bekennen in jm zwo Naturn, nemlich die Göttliche vnd Menschliche, aus welchen vnd in welchen er auch nach der wunderbaren vnd vnzertrenten vereinigung eine Person ist. Wir bekennen auch, das ein jede Natur jre natürliche eigenschafft habe vnd das die Göttliche Natur alles habe, was der Gottheit eigenet, vnd die Menschliche Natur alles, was der Menschheit ist one einige Sünde.

^{b-b} Nicht in A, B.

²³² Papst Agatho I., Epistula prima ad augustos imperatores, in: PL 87, 1165.1168.